



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Kunst Der Seelen-Hülff/ Welche im Fegfewr Gepeinigt vnnd gereinigt werden

Cölln, 1650

Serenis[si]mæ Reginæ Cœlorum, Gloriosiſimæ Matri Dei, Matri
integerrimæ, Virgini fœcundæ, Mariæ, Misericordiæ cumulo, Purgatorij loci
euacuatrici, Cœlestis Hierusalem ruinæ restauratrici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46509)

marum purgationis carceri pro tempore mancipatarum indigitaris ; tanta namque cura & studio earundem salutem invigilando causam agis, ac si proprio negotio tuo intenta collaborares.

Exequeris autem id ipsum non tantum per te , sed & per alios in hoc vitæ statu degentes suggestione tua commotos ; quod præstes per te ipsamet attestaris hisce sapientis ore (Ecclesiastici 24. 8. In fluctibus maris ambulavi) tenes enim (ait S. Bernardinus Serm. de Glorioso nomine Mariæ citata scripturæ S. verba tibi accommodans) in purgatorij regno dominium , propterea ibidem in fluctibus maris ambulas , pœna siquidē ejus loci dicitur fluctus, quia transitoria est , insuper maris , quia omnibus partibus amara est, liberas

ex tor-

ex tormentis his misericordissime
 ambulando in fluctibus maris ani-
 mas graviter afflictas, dum visitas,
 consolaris, & earundem necessi-
 tatibus subvenis. Verum enim ve-
 ro maternâ hac gratiâ, curiâ, solli-
 citudine & labore erga fideles a-
 nimas non fatiaris, nec acquiescis,
 sed insinuas te fidelium viatorum
 cordibus suscitando misericordi-
 ter in ijs commiserationis spiritum
 & amoris affectuosissimi pignus
 procurando, quo quasi excitentur
 ad subveniendum tecum anima-
 bus illis alioquin suffragijs desti-
 tutis pijs misericordiæ operibus.
 Ex hoc autem misericordiæ penu-
 confido eum, quem experior in-
 me affectum animas fideles juvan-
 di pro manare, qua fiducia plenius
 humillime te misericordiæ matrē
 rogo pijsissima mater, nihil habes à

me tuis ingentibus beneficijs, &
 gratiarum inventioni debitum:
 suppleant obsecro illud & obliga-
 tionem meam apud te animæ san-
 ctæ suffragijs tuis pijsissimis è tem-
 poralibus tormentis erutæ, Cœle-
 stique patriæ immissæ; refundant
 omnem gratiarum actionem ani-
 mæ Maternâ tuâ intercessione in
 posterum eripiendæ; Vnum tibi
 reddo, consecro, & offero, Devo-
 tionem videlicet præteritam, præ-
 sentem & futuram Confraterni-
 tatis tuæ de suffragijs mortuorum
 recenter institutę, tua sollicitudine
 & opera suscitatum & excitan-
 dam; alterum vt pauperculus, in-
 firmus, & meis omnino viribus
 diffidens à te, ô Matrona, de suf-
 fragio fidelium defunctorum hu-
 millime rogo, vt quod in me indi-
 gnissimo viscera commovendo ad
 com-

& compassionis affectum erga deso-
 latus in purgatorio animas præsti-
 tisti, id ipsum pro gratiosissima be-
 nignitate tua, & Materno in eas-
 dem animas affectu ad majorem
 Dei laudem, & fidelium consola-
 tionem in piorum cordibus præ-
 stare digneris. Amen.

Clientulus tuus

Humillimus

IOSEPH NEGRY
 indignus Canon.
 Bonnensis.